





UB Halle / S.





1653  
XXI 575  
15  
6

DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
LEGATIS

*Quam*  
ASPIRANTE DIVINO NUMINE  
Autoritate & consensu  
*Magnifici & Amplissimi* *7* *Ctorum ordinis*  
*in per antiqua Academia Hierana*  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI

*Clarissimi & Excellentissimi*  
DN. JOHANNIS MÖLLERI JUR.  
P. P. celeberrimi, Promotoris & Præceptoris  
sui summo honoris & observantiæ cultu  
æviternum prosequendi  
*Publice*

EXAMINANDAM PROPONIT  
IOHANN. CHRISTOPHORUS *Wildesfeuer*  
Hildesh. Saxo. Aut. & Resp.  
*In aroaterio Saxonico.*

*a. d. 3. h. horis consvætis*

---

*Erfurti, Typis Pauli Michaelis, Anno 1653.*

*Clariss. Dn. Sebastia*



DISSERTATIO IURIDICA  
DE  
LEGATIS

Quam  
ASPIRANTE DIVINO NOMINE

Auctoritate & consensu  
Magistri & Amplissimi Professoris  
Magistri Johannis Christiani  
V. R. I.

Christiani & Bachmanniani  
DR. JOHANNIS MÖLLERI JUR.

P. P. celebrissimi, Præm. Cons. & Professoris  
Illustri hunc honorem & dignitatem curæ  
suis hunc præcipuum

EXAMINANDAM PROPOCIT  
JOHANNI CHRISTOPHORO REIDERSHOF

Hilberstadt, die 2. Aprilis 1772

Christophoro Reidershof

Christophoro Reidershof







IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI  
ad omnes actus feliciter progredimur.

*l. 2. C. de offic. pref. prat. Afric.*

**I**mperatores Leonem non minus sci-  
te quam bene Nov. 46. scriptum reli-  
quisse constat: Quemadmodum ut  
quaecumque alia res in communis vita  
usum assumantur, ipsarum commoditas facit, et  
qua utilitatem aliquam adferunt, magni faci-  
mus: quae vero ad nihil conducunt, contemnimus:  
sic omnino et ad legalium capitum compositionem  
nos accommodari oportebit, ut quarum usus ali-  
quis sit, qui bono quoquam remp. beet, haec necessa-  
rio et ferantur et honorentur: quarum vero u-  
surpatio aut nullius momenti aut mala sit, harum  
non modo non ratio habeatur, sed etiam e legum  
corpore exempta rejiciantur. Atque id verum esse  
calculo suo comprobatum i verunt Cui Paulus l. 25.  
ff. d. lib. leg. et Ulp. l. 1. ff. de susp. tut. ea sc. quae uti-  
lia, usu quotidiana, in quo foro frequentissima ple-  
nius esse attingenda et tractanda. Jam quis est

A 2

qui



qui utilia fugiat? aut quis potius qui ea non stu-  
 diosissime persequatur? Cic. 3. off. Quae cum ex alto  
 repeteremus, opera nos pretium facturos existima-  
 vimus, si pro ingenii modulo quaedam de LEGATO-  
 RUM materia utilissima, Et in foro, hocce praes-  
 sertim per verso seculo frequentissima colligeremus,  
 ac ad disputandum proponeremus. Ne verò de eadem  
 illotis, ut loquitur Gajus l. 1. ff. d. O. J. manibus ag-  
 grediamur, melioris ordinis causa sequentia de ea  
 notabimus. 1. Definitionem. 2. Divisionem. 3.  
 Causas 4. Effectus. 5. Affinia. 6. denique Contraria  
 proponendo, SIT ERGO

## SECTIO I.

### DE DEFINITIONE.



Um verò nomina voluntatem dicentis decla-  
 rent l. Labeo ait §. 2. ff. de sup. leg. è re erit, prius, quam  
 ad ipsius rei tractationem descendam, tñ Legati & Ety-  
 mologiam & Homonymiam attingere. \* Dedu-  
 ctum volunt alii Legatum à legendo Treutl. vol. 2. D. 13. l. A. argto. l.  
 116. ff. d. leg. 1. \* Giphanius ad pr. 7. d. leg. ab antiquo verbo Græco  
 λήγειν, unde λέξις, quod veteribus Græcis idem quod Legatum vel  
 potius bona & hereditas significat. \* Rectius Ulp. fragm. t. 24 pr. à  
 lege, quòd legis modo, id est, imperative relinquitur: leges enim non  
 rogant, sed imperant seu jubent. Suth. Diss. 10. §. 2. Rittersb. ad §. 1. J.  
 d. leg. Investigata nominis derivatione, explicanda venit Homonymia.



377. 6

cola. \*Sumitur autem Legatum vel Generaliter, veluti l. 12. tab. Paterfamilias uti legasset rei suae, ita jus esto, ubi Legare nihil aliud est quam statuere, decernere, & (ut vulgus loquitur) disponere sive de hereditate sive de legatis & donationibus l. 80. l. 120. ff. de V. S. vel Specialiter & stricte pro iis quae directo particulariter relinquuntur. Atque hoc modo iterum significat vel rem legatam vel Titulum, ut t. t. pro leg. vel ipsum legandi actum. Et in hac ultima significatione \*Legatum recte definitur ab Imp. Justin. \* 5. §. 1. J. d. leg. quod sit donatio quaedam a defuncto relicta ab herede praestanda. \* Generis loco ponitur Donatio: quia ex mera liberalitate proficiscitur, nec ullum incommodum aut onus sicut hereditas l. 119. ff. d. V. S. sed merum lucrum & commodum in se continet §. 6. J. hic. l. si hereditatem. 32. ibi, legatum acquisitum nunquam illi damno esse potuit. ff. mandati. l. rem legatam. 18. ff. d. adim. leg. \* 7. Quo etiam differt ab hereditate, quae est successio in universum jus l. 62. ff. d. R. J. id est, in commoda & incommoda. \* Particula Quaedam \* 8. declarationis & denotanda improprietas gratia tunc Donationis adjicitur. Cl. Dn. Ludw. D. 9. §. 1. l. d. Et quidem declarationis: ut scilicet intelligatur esse species donationis, ex mera enim liberalitate proficiscitur. Improprietas: non enim in legato contrahitur obligatio aliqua inter legantem & legatarium, nisi a traditione incipiat. argt. l. Lucius. 22. ff. d. leg. 2. cum in aliis donationibus contrarium observetur, quae etiam, etsi non tradantur, habent tamen perfectissimum robur. §. alia. 2. J. d. Donat. Myns. ad §. 1. J. d. leg. n. 4. \* Ad differentiam aliarum Donationum ponuntur haec verba a defuncto relicta: quomodo vero unum ab altero differat late tradit Schneidw. ad pr. J. d. leg. n. 6. Excell. Dn. Rennem. p. m. Jurispr. Rom. Germ. memb. 2. D. 39. §. 2. l. b. \* Non de \* 9. sunt magni nominis Jcti, verba definitionis nostrae ultima ab herede praestanda, tanquam supervacua & redundantia ideoque plane expungenda autumantes, quorum in numero primus refertur Rufardus, cit. a Giph. in Antinom. Jur. Civ. D. 19. §. 2. n. 9. Theophili & Harmenopoli autoritate motus, quod haec verba non agnoscerint, quem sequuntur Borch. ad pr. J. d. leg. Suth. Diss. 10. §. 9. aliq. \* At rectius \* 10. retinentur, quia 1. ea ipsa intelligenda sunt de prima testatoris intentione, quae tempore testamenti erat, ut regulariter ab herede praestaren-



- retur legata. Nec 2. est quod aliquando ex accide[n]ti ab ipso testatore præstentur: \* considerandum enim quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον non quæ ἐκ παρρησίας accidunt l. 3. 4. 5. ff. d. 11. Sufficit itaq; 3. legatum ita relinqui ab herede, ut ab herede præstetur \* Alia enim quaestio est, quomodo debeant relinqui, alia quomodo præstentur; illud ad naturam rei, hoc ad eventum spectat, qui rem ipsam immutare nequit. *Donell. 8. comm. 1. Arum, Exerc. 9. 0. 1. atq; eo ipso 4. satis differt legatum à Donatione mortis causa, quæ raro ab herede, frequentius autem à quolibet alio præstari solet §. 1. J. d. Donat. ubi Myns. & Schneid.*

## SECTIO II.

### DE DIVISIONE.

- \* I. **D**efinitionem optimo ordine sequitur, Divisio, quæ olim erat quadruplex §. 2. J. d. leg. Legabatur enim \* Per Vindicationem verbis ad legatarium directis, hoc modo: Do, lego tibi hunc servum: sumito capito tibi hanc rem: vindica tibi illam rem. Et ita relinqui poterant res testatoris propriae tantum; & quidem utroq; tempore propriae, & testamenti & mortis, exceptis fungibilibus; in quibus tantum mortis tempus spectabatur. *Rittersb. ad §. 3. J. b. t. Ac ejusmodi legata non tam præstantur ab herede, quam vindicantur à legatario l. cum hi 1. & l. omne, 2. C. Comm. d. leg. Myns. ad §. Sed olim 2. J. d. leg. n. 3. Rittersb. ibid.* \* II. Per Damnationem, quæ hodie omnium frequentissima, cum heres verbis ad seipsum directis jubetur dare. c. g. Heres meus damnas esto dare: heredem meum dare jubeo, h. m. legabantur res alienæ & fructus futuri, ideoq; dabatur pro eo Actio in personam. *Myns. & fusius Rittersb. d. l.* \* III. Per sinendi modum, qui erat ex utroq; præcedente mixtus, v. g. Heres meus damnas esto sinere Lucium ire per fundum meum: damnas esto sinere Titium sumere illam rem, sibiq; habere. Eo modo legabantur res testatoris & heredis maximè incorporales: hinc pro eo erat actio in personam vel in rem missio. \* IV. Per Præceptionem, cum unus ex heredibus præ aliis quid capere jubetur, v. c. Lucius Titius illam rem præcipito: habeas illum fundum præ cæteris heredibus. Vid. de his quatuor legatorum



torum generibus *Ulp. fragm. l. 24. & Caj. lib. 2. §. t. §.* \* An autem hæc  
omnia juxta mentem Anton. Fab. 6. conj. 1. quem secutus est *Trenil.*  
2. D. 13. §. 1. l. E. & Arum. Exerc. 9. §. 2. dichotomia quædam commo-  
de possint comprehendi, nostrum non facimus, sed sicco præterimus  
pede, hoc ipso commoti, quod omnes illæ species ab Imper. Justin. l. 1.  
C. Comm. d. leg. unam eandemq; naturam acceperint, & inter se invi-  
cem ita exæqvata fuerint, ut etiam fidei commissa singularia iisdem u-  
nita sint, nullaq; inter hæc duo superfit differentia quoad effectus l. 2. C.  
Comm. d. leg. §. 3. J. b. t. \* Occurrit hic controversia satis utrinq; inter \* 7.  
Dd. agitata: A quonam sc. exæqvatio illa sit facta? Utrum ab *Ulp. l. 1.*  
*ff. d. leg. 1.* an verò à Justiniano §. 2. b. t. & l. 1. 2. C. Comm. d. leg. Nos  
salvo aliorum judicio, cum Arum. Exerc. 9. §. 14. Cl. Dn. Ludw. D. §.  
§. 2. l. d. breviter dicimus, *Ulp. d. l. 1.* regulam quandam constituisse,  
quæ dum exceptiones pateretur, Justinianum eas rescuisse atq; regulæ  
accommodasse.

SECTIO III.

DE CAUSA EFFICIENTE.

De Personis sc. quæ possint legare: & quibus  
possit legari:

**C**AUSA EFFICIENS \* Legati Remota est lex 12. tabb. *supra §. 1. n. 4. po-* \* 1.  
*sita.* Propinqua ipse Testator: ubi pro regula tenendum:  
Omnes testandi jus sive testamenti factionem activam ha- \* 2.  
bentes, posse legata relinquere. \* Hinc excluduntur, compre-  
hensi sub titulo J. Quib. non est permis. fac. test. & l. 1. ff. d. leg. 3. ite  
Monachi. *Aut. Ingressi. C. d. S. S. Eccles. Nov. 5. cap. 5. Hæretici. l.*  
*4. §. 5. c. d. Heret. Aut. credentes C. ibid. & alii.* \* De iis quibus possit \* 3.  
legari tradita est regula §. 24. J. d. Leg. iis nimirum posse solum  
legari, quibus competat testamenti factio passiva, sive qui  
heredes institui possint. Nec Uni tantum, sed & Pluribus \* 4.  
legatur. \* Uni legatur vel Personæ certæ: Ubi in questionem ve-  
nit: *An servo recte legetur?* R. Inspiciendam esse personam Domini, u-  
trum is capax sit nec ne l. 12. §. 2. ff. d. leg. 1. l. 82. §. 2. ff. d. leg. 2. \* Num \* 5.  
& ser-





- ¶ seruo heredis? Si purè, negatur, propter confusionem hereditatis §. 32. J. b. t. l. c. ff. Reg. Caton. Nec obstat quod servus vivo testatore manumissus fuerit, dicta n. regulade legatis puris l. 4. ibid. nō conditionalibus intelligenda est. Secus si conditionaliter §. 32. J. b. t. l. 14. ff. d. adim. leg. \**
- \* 6. *Vel incertæ, quam incerta opinione animo suo testator subiciebat. e. g. Quicumq; filio meo filiam suam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato §. 25. J. b. t. Ulp. t. 24. §. 17. \**
- \* 7. *Huic olim legari prohibebatur, ita, ut ne militi quidem liceret d. §. 25. cum testantis consilium & iudicium certum esse debeat Ulp. t. 22. §. 3. \**
- \* 8. *poterat tamen dari incertæ personæ fidei commissum conditionis implendæ gratia l. 22. ff. d. stat lib. l. 8. ibid. & sub certa demonstratione §. 25. J. b. t. \**
- \* 9. *Hodie vero utiliter legatur, cum præsertim exitum defuncti voluntas habere, & incerta persona ex futuro eventu declarari possit. Schneidw. ad §. 25. J. d. leg. n. 4. Bronch. cent. 3. ass. 62. \**
- \* 10. *Nec interest, utrum error Nominis, Cognominis, Agnominis vel Prænominis acciderit, modò de persona constet, §. 29. J. b. t. l. 4. ff. d. leg. l. 8. §. 2. ff. d. bon. poss. sec. tab. l. 4. C. d. testam. : tum enim sensus magis quàm verba, quæ nihil aliud quàm rerum notæ l. Labeo ait ff. d. Supp. leg. spectandus. l. qui habebat. 28. ff. d. reb. dub. \**
- \* 11. *Quid verò dicendum de posthumo alieno? Ei olim non nisi jure prætorio pr. J. d. bon. poss. hodie v. jure civili recte legari posse indubitati juris est §. 28. J. d. leg. \**
- \* 12. *Pluribus quando legatur, aut concurrunt, & tunc ad omnes pervenit legatum, interq; eos æqualiter scinditur §. 8. J. b. t. aut non concurrunt, & tunc deficientis pars ad collegatarium devolvitur per jus accrescendi, quod nihil aliud est quàm jus quo portio deficientis adjicitur reliquis qui non deficiunt. Suth. Diss. 10. §. 60. Bachov. ad Treutl. 2. D. 13. §. 3. l. A. Et fundatum est in conjunctione quæ triplici modo fieri solet. 1. Retantum \**
- \* 13. *quando pluribus separatim diversis orationibus res una legatur, ut, Titio fundum Sempronianum do lego: Cajo fundum Sempronianum do lego. l. 142. ff. d. §. 11. Verbis tantum, quando duo eadem oratione ad res diversas, vel potius ejusdem rei diversas partes vocantur. e. g. Cajo & Mævio fundum Tusculanum ex æquis partibus do, lego l. 89. ff. d. leg. 3. III.*
- \* 14. *Re & verbis simul, quando duo eadem oratione simul ad eandem rem vocantur, partibus non expressis, h. m. Mævio & Sejo fundum Tuscu-*



Tusculanum do lego l. 85. ff. d. leg. 1. De quibus omnibus ut per se satis intricatis & controversis alio tempore, Deo favente, discursus instituetur.

SECTIO IV.

DE LEGATORUM MATERIA.

**M**ateria Legatorum sunt res omnes legari non prohibita. \* Prohibentur autem quaedam Humano commercio exempta, id est, quae à nemine acquiri & possideri possunt; quaedam quod nihil utilitatis legatario adferant. \* Humano commercio exempta sunt res vel Naturae, quae nec sunt nec existere possunt in rerum natura, v.g. Hippocentaurus, Chimera, ubi Ens negativum, cui actu repugnat existere intellectum volumus. Et quemadmodum earum rerum stipulatio est inutilis, pr. J. d. inut. stipul. l. 34. §. 1. ff. d. contrab. empt. ita & legatum l. mortuo bove 49 ff. d. leg. 2. l. 35. ff. §. V. O. \* Vel jure, puta divini, ut res Sacrae, directo cultum divinum concernentes §. 8. J. d. rer. divis. §. 1. J. d. Usucap. vel quodammodo divini, ut res religiosae & sanctae §. 9. 10. J. d. rer. divis. & humani juris, ut sunt res communes, publicae in specie, Universitatis §. 1. 2. §. 6. J. d. rer. divis. Horti Salustiani, Fundus Albanus principis usibus destinatus, &c. l. 39. §. 8. ff. d. leg. 1. \* quo referuntur & ea res quarum per accidens jam non est commercium, ut columnarum, marmorarum adibus juncta l. 41. §. 1. ff. d. leg. 1. Sub. Diff. 10. §. 21. \* Et rerum omnium harum, quarum commercium non est, ne aestimatio quidem peti potest §. 4. J. b. t. l. 39. §. ult. ff. d. leg. 1. Quid si alteruter verò rei saltem commercium haberet? R. Dd. quod res aut simpliciter & per se non sit in commercio ut sc. ejus commercium haberi non possit l. 34. ff. d. V. O. quia ratione legatum inutile est §. 4. J. d. leg. aut respective & secundum quid, quando nimirum aliqui tantum non habent commercium, ut Judaei, qui hominis Christiani, t. t. C. Ne Christi. mancip. Praesides, qui fundi provincialis commercium non habent l. 62. ff. d. contrab. empt. §. c. & tum vel respectu testatoris sive heredis ejus, ubi valet l. 49. §. 2. ff. d. leg. 9. l. 34. ff. d. V. O. id est: Si res in legatarii, non verò heredis commercio fuerit heres eam praestare tenetur, aut aestimationem, licet legatarius ejus possidenda jus ex causa quaedam probabili, puta casu, non habeat aut infirmitate alia l. 40. ff. d. leg.

B

leg.



*l. 40. ff. d. leg. 1. vel legatarii, & valere non potest; ist est: si res in heredis, non verò legatarii commercio fit, ob crimen sc. aliquod patratum, quo modo ne aestimatio debetur. Myns. ad S. non solum. 4. J. d. leg. n. 6. Bachov. ad Treutl. 2. D. 13. 0. 4. l. M. Suth. Diff. 10. 0. 20.*  
 \*7. *Ludw. D. 9. 0. 3. l. a. \* Nihil utilitatis adferunt legata, legatario propria vel ipsi debita l. 13. C. d. leg. Priori modo adeo inutile redditur hoc legatum, ut licet, vivo res testatore alienata fuerit, cõvalescere nequeat § 10. J. b. t. quod enim semel meum est, amplius meum fieri non potest d. §. & quæ ab initio sunt inutilia ex post facto convalescere non possunt l. 210. ff. d. R. J. l. 41. §. 2. ff. d. leg. 1. \* Dissentiunt quidem gravissimè inter se d. §. 10. J. d. leg. & l. 1. §. ult. ff. d. Reg. Caton. ut de conciliatione eorum multi & plurimi Jcti desperaverint. Verùm, quominus ullum in jure nostro contrarium ex mente imp. l. 2. §. contrarium 15. C. d. V. J. E. reperiatur: Dd. recentiores, regulâ illâ Vigelii, in rat. legend. jur. contrav. col. 3. Per distinctionem nimirum opiniones contrarias ad concordiam redigendas esse, observatâ, respondent, d. §. 10. loqui de legato puro; §. verò ult. de legato conditionali, l. pen. ibid. id quod etiam probat l. meares. 98 ff. d. cond. & demonstr. Giph. antin. jur. civ. D. 19. 0. 21. n. 52. Arum. Exerc. 0. 9. n. 5. Alias ad legatum conditionale Reg. Caton. non pertinere supra Sect. 3. n. 6. dictum. Vid.*  
 \*9. *Rittersb. ad §. 32. J. d. leg. Schneidw. ibid. n. 3. \* Idem dicendum de Posteriori, nempe re debita, si enim amplius nil in legato quàm in debito sit, inutile est. §. 14. J. b. t. \* Secus tamen si in diem vel sub cõditione debitum alicui purè fuerit legatum, tunc enim propter representationem id est, præsentem solutionem validum erit. d. §. 14. Hisce jam cognitis facile ex disciplina contrariorum elucescit, quænam res*  
 \*11. *legari possint. Legantur itaq; tam Corporales quàm Incorporales §. 21. J. b. t. l. 41. ff. d. leg. 1. Alimenta, quæ morte ejus cum quo morandam fuit, non extinguuntur l. 1. C. d. leg. l. 13. §. 1. ff. d. alim. leg. \* Nomina*  
 \*21. *d. §. 21. l. 82. §. qui Cajum ff. d. leg. 1. quæ hæres præstare necesse non habet, modo actiones, quas adversus debitorem ipsi competunt legatario mandat d. §. 21. l. 18. C. d. leg. \* Liberatio, si debitum sc. debitori legatario creditor §. 13 J. b. t. l. 1. §. 3. ff. d. lib. leg. \* Pecunia. l. 79. §. 1 ff. d. leg. 3. si ad usuras & negotiationem immobilem deputata fuerit. Treutl. 2. D. 13. 0. 4. l. 6. & Bachov. ibid. \* Jura & servitutes*  
 \*15. *tam personales quàm reales l. 41 ff. d. leg. 1. \* Genus, cujus certam*  
 \*16.

*o immobili habetur*





tam demonstratam speciem legatario eligere licitum §. 22. *J. d. leg. l. 2. §. 1. ff. d. opt. leg. l. 20 ff. d. leg. 1.* ita tamen ut nec optimam nec pessimam sed mediocrem eligat *l. 37. pr. ff. d. leg. 1.* \* *Quid si legasset testator* \* 17. *fundum aut domum nec unquam quicquam horum relinqueret? Pro derisorio magis quam utili habetur l. 71. pr. ff. d. leg. 1.* \* *Si testator in genere alicui omnia sua bona locaret mobilia, Ich vermache diesem alle meine sährende Haabe: Quaritur an quoq; proventus metallicos die Außbeute auß den Rucksen legasse censeatur? Affirm. adnumerantur enim rebus mobilibus in specie sic dictis, Nov. Elect. Aug. p. 3. const. 25. sed hoc ita, si proventus jam tempore mortis testatoris fuerint percepti & separati: per verba d. constit. 25. ibi: Wenn aber bey Leben des Weibes/ so dem Manne etliche Bergtheile und Ruckus zugebracht/ der Mann in stehender Ehe Außbeute genommen/ quitextus quamvis in terminis loqvatur de successione mariti in bonis uxoris, tamen non incommode hic ad probandam saltem superius positam limitationem applicari poterit, quod ipsum quoq; testatur Berlich. 3. Conclus. 35. n. 7 Carp. l. F. p. 3. c. 25. d. 2. n. 4.*

\* *Ulterius investigari lubet, quid juris sit, si alicui omnium bonorum ususfructus sit legatus, alteri autem certa ex illis species? Et licet prima facie, ex l. in toto. 80. ff. d. R. 7. responderi possit, huic legato sc. omnium bonorum generali, per illud, speciale nimirum, merito derogari: à parte tamen contrariae sententiae nos stamus, quae statuit, certam illam speciem ad legatarium pertinere quoad proprietatem, usufructum vero proprietario esse cum usufructuario communem. Atque ita pronunciatum fuisse in causa Marien Bettwasserin zu Halla / mens. Nov. anno 1627. tradit Carpz. in defens. for. p. 3. const. 13. d. 7. n. 7.* \* *Tam* \* 19. *fungibiles, quae numero, pondere & mensura constant V. C. frumentum, triticum, vinum, oleum, cera &c. t. t. ff. d. trit. vin. & ol. leg. quam non fungibiles, quales sunt illae quae numerari, ponderari; vel mensurari nequeunt. \* Tam praesentes & existentes quam futurae: §. 7. J. b. t. l. 17 ff. d. leg. 3. ubi Ens & Nominale sive actu jam existat sive non, ut rosa in hieme: & Participiale intelligimus. \* Quod si* \* 20. *verò in legato rerum futurarum tantum non existerit quantum legatum est, heres ad totius aestimationem, certam quantitate adjecta, tenetur Bronch. cent. 3. aff. 64. Treutl. 2. D. 13. §. 4. l. b. & Bachov ibid. \* Tam* \* 21. *propriae testatoris heredisve §. 4. J. b. t. quae si libera semper legata* \* 22. *tum* \* 23.





- 076
- tum valet: *si obligata*, non aliter, quam si eas testator obligatas sciverit, quo casu heres luere tenetur *Dn. Ludw. D. 9. 0. 3. l. d. Strauch. Diss.*
- \* 24. *u. 0. 3.* \* quam *Communes. l. 74 ff. d. leg. 3.* ubi jus illud relictum erit, quod testator habuit, non tota res communis *l. 5 §. 1. ff. d. leg. 1. Strauch. d. l.*
- \* 25. \* item *Alienæ §. 4. §. d. leg. 1. 39. §. 7. l. 57. ff. d. leg. 1.* Et hoc casu si sciens defunctus rem alienam legaverit, valet, secus si ignorans, quod
- \* 26. legatario probare incumbit *d. §. 4.* Res exemplis fiet clarior. *Finge.* Mævius legat Cajo agrum in monte Stollberg situm: post ejus mortem Cajo experitur contra Titium Mœvii heredem, traditionem rei legatae petens. Titius heres excipit, agrum illum non fuisse sub dominio defuncti: Cajo legatarius replicat, de jure rem alienam legari posse: Titius duplicat, dicendo, defunctum Mœvium ignorasse dictum agrum fuisse rem alienam, & ita, si scivisset, forsitan non legasset. Cum itaque in tali exceptione ignorantiae versetur cardo totius negotii contraria probatio, Mœvium sc. scivisse agrum legatum fuisse alienum, incumbit Cajo legatario, quo satis probato, heres eum redimere, & praestare, vel, si nequit, aestimationem ejus dare tenetur. *argto. §. 4. §. b. t.*
- \* 27. \* Si quoque supradictus ager Cajo legatus, loco hypothecae obligatus fuisset Sempronio, heres eo casu, si legatarius antea probaverit, defunctum scivisse rem obligatam esse, cogitur pignus luere, & legatario absque onere restituere *§. 5. §. b. t. Hartm. Pisl. p. 1. quæst. 31. n. 34.* \* Idem
- \* 28. judicium ferendum si Cajo titulo oneroso eundem agrum sibi à Mœvio legatum vivo testatore acquisiverit *§. 6. §. b. t.* secus si lucrativo: etenim duae lucrativæ causae in eundem hominem & eandem rem concurrere non possunt, *d. §. 6. l. 17. ff. d. V. O.* quæ regula tamen hanc patitur exceptionem: Nisi alia fuerit voluntas testatoris defuncti: tum enim aestimatio debetur, quavis quis rem ex causa lucrativa haberet, propter voluntatem defuncti expressam, quæ requiritur: *Giph. in Antin. jur. civ. D. 19. 0. 17. 48.*
- \* 29. \* At Mævius supradictum agrum legavit Cajo: Sempronius in suo testamento eundem agrum eidem Cajo legat. *Q. An Cajo agrum hunc ex duobus testamentis bis petere possit?* R. Si à Mœvii herede ipsum agrum nactus fuerit, non poterit contra Sempronii heredem ad aestimationem agere: Sin autem à Mœvii herede aestimationem non ipsum agrum nactus fuerit, contra heredem Sempronii agere, haud
- \* 30. prohibetur *§. 6. §. d. leg.* Item \* *Res hostium l. 9. l. 98. ff. d. leg. 1. mo-* do aliquando nostra fuerit, & ita comparata, ut jure postliminii recuperari



perari aut pretio redimi queat l. 104. §. Etiam ff. d. leg. 1. Arum. Exere. 9.  
 4. Bronch. cent. 3. aff. 52. nec immobilis sit l. 103. ff. d. V. O. l. fin. ff. d. act.  
 empt. siue proprie siue improprie dicta, quo etiam referuntur arma bel-  
 lica, tormenta, bombardæ, annona, & alia, quæ recenset Althus. Di-  
 ceolog. 1. c. 1. in fin. & Tiraq. §. 1. C. n. 99. quæ omnia pro immobilibus  
 reputantur. Rennem. p. m. Jurisp. Rom. Germ. memb. 2. d. 3. §. 1. & eorum  
 iure æstimantur, Et hæc de Legatorum materia differuisse sufficiant, Jam  
 ad Formam.

## SECTIO VI.

## DE LEGATORUM FORMA.

**F**orma legatorum est vel Substantialis vel Accidentalibus \* illa,  
 sine quo Legatum nullum sibi constare potest, est Legatoris volun-  
 tas, in ultima ipsius animi sententia ad aliquid legandum comprehen-  
 sa, quæ concipitur sapissime per verba idonea, olim quidem propter  
 quatuor legatorum genera varie formata \* hodie tamen, iis reiectis,  
 quavis formula, modo voluntati convenient, prolata, interdum  
 etiam solo nutu. l. nutu. 21. ff. d. leg. 3. l. & in epistola. 22. C. d. fide  
 comm. \* Hæc quæ ex variis circumstantiis, quæ legato adesse vel abesse  
 possunt deprompta, ac hodie certa & solennis haud est Wes. w. ff. d. leg.  
 1. n. 7. quales sunt quam plurimi modi, quibus de iure legare permis-  
 sum est. e. g. quando legari posse dicitur \* quovis modo: tam ante \* 4.  
 quam post heredis institutionem §. 34. J. b. t. (licet olim ante  
 inutiliter legatum fuerit d. §. 34.) imò etiam sine scriptura d. l. 22. C.  
 d. fideicom. \* Quavis etiam ultima voluntate legatum fieri posse \* 5.  
 asseritur, argto l. 2. C. comm. d. leg. Codicillis, etiam testamento nõ  
 confirmatis, nec non epistola l. 1. C. d. Codicil. l. 22. C. d. fideicom. l.  
 75. pr. ff. d. leg. 2. Imò extra testamentum absq; ullis etiam testi-  
 bus apud acta judicialiter relinqui possunt Carpz. J. F. p. 3. c. 4. d. 32. \* Nec \* 6.  
 tantum purè cum nec dies nec conditio adjicitur l. 1. ff. d. condit. & de-  
 monstr. l. omnia. 32. pr. ff. d. leg. 2. \* Sed etiam in diem, quæ si certa est, e. \* 7.  
 g. Calendis Januariis, dies quidem legati statim cedit l. 21. pr. ff. Quando  
 dies leg. ced. adeo, ut defuncto testatore statim debeat & ad heredes  
 transeat. l. 5. §. 1. l. 7. pr. & §. ff. d. t. sed ante diem peti non potest d. l. 21. pr.  
 \* At si incerta, nisi tempus obtigit neq; res pertinere, neq; dies legati \* 8.  
 cedere potest. d. l. 20. pr. \* Ubi notandum venit, quod aliud sit Legati \* 9.  
 in



in tempus mortis heredis concepta datio: aliud verò Lega-  
 ti in tempus mortis heredis dilata solutio: quod patet ex hoc  
 casu. Finge, Uxorem ita legasse: Maritus heres meus, cum morietur  
 ipse, Titio C. dato (est hic legati in tempus mortis concepta datio) &  
 ita si Titius ante maritum, ut heredem mortuus fuerit, cessabit lega-  
 tum. Sin hoc modo legaverit: Titio C. lego qui maritus heres meus,  
 cum morietur, exsolvere debet (ubi est legati in tempus mortis heredis  
 dilata solutio) pro puro habetur, & ita quamvis Titius ante maritum  
 mortuus fuerit, nihilominus tamen ejus heredes legatum illud petere  
 possunt. *Cl. Dn. Rennem. p. m. memb. 2. D. 40 Coroll.* \* Et sub cōditione,  
 quando sc. in futurum aliquem casum legatum est, tunc non prius dies  
 legati cedit, quam cōditio impleta fuerit. *tex. in l. 5. §. 2 ff. quando*  
 \* *II. dies leg. ced. l. 41. ff. d. condit. & demonstr.* \* Et si ante cōditionem moria-  
 \* *12. tur legatarius, nihil transmittit ad heredes teste Gail. 2. Obs. 132.* \* Unde  
 etiam legatum sub cōditione relictum, deficiente eadem statim expi-  
 rat *l. 5. §. 2. ff. quando dies leg. ced. & passim.* Finge: Testatorem in mor-  
 bo aliquo constitutum, legasse fundum Titio sub ea cōditione: veni-  
 er des lagers verfürbe: Reconvalescente testatore defecit certe cōdi-  
 \* *13. tio, adeoq; etiam legatum expirat. Carp. p. 3. c. 9. d. 21. n. 2. & 3.* \* Si tamen  
 aliquod legatum sub cōditione in non faciendo concepta v. c. si Ca-  
 pitolium non adscenderit, si Stichum non manumiserit & c. relictum  
 fuerit, prævia cautione Mutiana solvitur. *l. 7. 15. & 18. ff. d. condit. & de-*  
 \* *14. monstr.* & quidem datis fidejussoribus *l. 67. ff. eod.* \* Omnis autem in ge-  
 nere cōditio debet esse possibilis: impossibilis enim cōditio sive na-  
 tura sive jure *l. 14. ff. d. condit. instit.* pro non scripta habetur *§. 10. J. d.*  
*her. inst. l. 3. ff. d. condit. & demonstr.* & heres legatum quasi pure reli-  
 \* *15. ctum præstare cogitur l. 6. l. 10. ff. d. condit. & demonstr.* \* Relinquuntur  
 interdum legata quædam sub **Demonstratione, Causa aut Modo:**  
 quæ ita inter se differunt; ut, **Cōditio** sit: Si navis ex Asia venerit **De-**  
**monstratio:** Fundus Tusculanus quem Sejus mihi dedit. **Causa:** Titius,  
 quia negotia mea administravit. **Modus:** ut monumentum mihi extru-  
 at Sempronius; centum ei do, lego. *Wes. 7. ff. d. condit. & demonstr. n.*  
 \* *16. 7. & seqq.* de quibus illud tenendum \* si causa vel demonstratio falsa sit  
 adjecta, quod legato nō noceat *§. 30. & 31. J. d. leg. l. 17. pr. & l. 33. pr. ff. d.*  
*cōdit. & demonstr.* **Ratio:** quia demonstratio nominis vice fungitur *l. 6.*  
*ff. d.*



*ff. d. reb. cred. nomina autem si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest, cum rerum significandarum gratia reperta sint, §. 29. ff. d. leg.*

## SECTIO VI.

### DE FINE LEGATORUM.

**F**inis Legatorum est \* ut legatarius ex legato quid lucrētur, \* 1.  
 id quod patet ex definitione legati, ubi Donatio dicitur, quæ non poterit consistere, nisi secum habeat lucrum aliquod, inde à Dd. titulus lucrativus nuncupatur *Wes. π. ff. d. leg. 1. n. 8.* \* accedit quod tale legatum, quo alicui nihil acquiritur nullum & inutile sit, quâ ratione debiti legatum invalidum est, nisi plus in legato quàm in debito comprehensum sit §. 14. *J. b. t.* ac proinde ex hac ipsa ratione res nostra nobis legari nequit §. 10. *J. b. t. l. 13. C. d. leg.* \* Oritur autem illa benevola \* 3.  
 testatoris voluntas, quæ lucrum aliquod in legatarium translatum vult, potissimum vel ex causa quadam impulsiva, vel finali; ubi notanda venit regula à Dd. communi ferè calculo approbata: Cessante causa finali legati, cessat ipsum legatum: secus: cessante causa impulsiva. *Carp. l. F. p. 3. c. 9. d. 20.* ubi hoc ipsum in casu Viduæ Philippi Wormsers & ejus filiarum zu Leipzig/ mens. Mart. a. 1633. satis observatum fuisse dicit. *Verb. sentent. Hat sie auch unter andern verordnet/ dieweil zweiffelhafftig/ ob sie sich künfftig wiederumb verehlichen möchte / so wolte sie hiemit ihrer Tochter etliche gewisse Stücke zum Voraus legiret haben. Ob sie nun wohl hernach sich anderweit verehliche / und noch vier Töchter gezeuget ic. so verbleibet doch der Tochter erster Ehe das prælegatum billich. V. R. W. in dubio autem causam legati præsumi non finalem, sed impulsivam post Bl. in l. 2. §. creditur 3. t. ff. de reb. cred. §. in l. 1. §. si parendi. i ff. d. condict. caus. dat. testatur Carpz. modò dict. loc. n. 7.*

## SECTIO VII.

### DE EFFECTU.

**A**bsolutis jam Causis ad Effectum legatorum accedimus, \* qui consistit cum in acquisitione domini, tum actionibus ad id consequen-



- \* 1. quendam competentibus. \* illam quod atinet, dominium statim à morte testatoris fictione juris in legatarium transit *l. à Titio 64. ff. d. furt.* si res purè legatæ & testatoris propriæ sint. *Excell. Dn. Præses, Præceptor ut de studiis meis insigniter meritus, ita æterna animi devotione observandus Exerc. Jurid. de fict. jur. 8. 9. l. a infm.*
- \* 2. Dicimus: \* à morte testatoris sc. respectu potentia acquirendi rem legatam: quando autem dominium ab adita hereditate transire dicitur, intelligendum hoc venit de ipso consecutionis actu, qui potentiam illam præsupponit, ad eandemq; per fictionem juris retrahitur.
- \* 3. *Riem. dec. 7. quest. 4.* \* Additur Fictione juris, cui tamen non aliter locus esse potest, quàm si res legata existet eo tempore, quo primum incipit fictio locum habere. Esse n. debet subjectum super quo fictio interponatur: itemq; extremum à quo, & extremum ad quod fictio recurrat, quorum alterum si desit fictioni locus esse nullus potest. *Ant. Fab. in Rational. ad l. 7. §. 5. ff. d. dol. Hunn. ad Treutl. vol. 2. D. 13. 8. 7. l. A.* \* Subjicimus porro: Si res purè legatæ sint *l. 86. §. 2. ff. d. leg. 1.* secus si sub conditione, ea enim non impleta peti nequeunt *l. 5. §. 2. ff. Quando dies leg. ced. l. 213. ff. d. V. S.* nisi talis sit ut pro completa haberi possit *l. 10. cum seq. ff. d. condit. & demonstr.* \* Et testatoris propriæ quæ in dominio ipsius fuerunt: quare licet rei vindicatio de omnibus rebus legatis detur, intelligendæ tamen sunt res tantum propriæ, non alienæ, in quibus ne quidem ipsi testatori competit, ut quæ nulli nisi vero domino tribuitur *l. in rem 23. ff. d. R. V.* Nemo autem plus juris ad alium transferre potest quàm ipse habet *l. 54. ff. d. R. J. l. 20. ff. d. acquir. rer. dom. l. 1. C. Comm. d. leg. ibi quatenus eis liceat.*
- \* 6. Actiones quod concernit, olim quidem pro varietate legatorum variaz quod erant actiones. Sed cum hodie legatorum natura prout superius dictum, mutata sit, tres hæ actiones sequentes de quolibet legato remanserunt. *§. 2. J. d. leg. l. 1. & 2. C. comm. d. leg. & quidem* \*  
 1. Actio personalis, quæ etiam appellatur actio ex testamento *l. 69. §. fin. l. 82. pr. l. 91. §. fin. ff. d. leg. 1.* quæ ideo competit, quia oritur ex contractu vel quasi, *§. 1. J. d. act.* jam autem heres adeundo hereditatem ex quasi contractu obligatus est *§. heres. J. d. Obl. quæ ex quasi contr. nasc.* Utiq; & is jure merito actione personali conveniri poterit.
- \* 8. II. \* Rei vindicatio, quæ ex dominio, quod statim à morte testatoris



ris penes legatarium est *l. 64 ff. d. furt. tanquam causa oritur l. 23. ff. d. R. V. §. 1. J. d. act. contraq; quemvis rei possessorem quocunqve  
 etiam titulo possideat, datur argto. l. 36. ff. d. R. V.\* Excluduntur vero \* 9.  
 res alienæ, de quibus actio hæc institui non potest; ut n. 6. innuimus;  
 item, Quantitas, Genus, Libertas, Br. in l. 1. d. leg. 1. n. 12. l. 1. C. comm.  
*d. leg. n. 1. lasen. ibid. col. 2. Bachov. ad Treutl. 2. D. 13. §. 7. l. E. III.\* \* 10.  
 Hypothecaria, quæ datur ideo, quod defuncti bona legatario tacite  
 sunt obligata *l. 1. C. Comm. d. leg. E. jure tacitæ hypothecæ legatarius  
 legatum persequi potest.\* Quæritur inde: An hæ tres actiones concur- \* 11.  
 rere possint? Cui breviter respondetur: Concursum ex sententia Dd, esse  
 duplicem: *Electivum*, ubi ex pluribus actionibus una consumit alte-  
 ram, & *Cumulativum*, ubi plures actiones ita competunt, ut pluribus  
 etiam liceat experiri, teste *Bachov ad Treutl. d. §. fin. l. E.* inde dicimus,  
 Elective quidem posse concurrere dictas actiones, non autem Cumula-  
 tive, per rex. in l. 76. §. 8. ff. d. leg. 2.\* In quæstione & hoc vertitur: An \* 12.  
 legata possint via executiva peti? Præmittendum hic, Viam executi-  
 vam dici eam procedendi rationem, quâ in exequendis sententiis post  
 rem judicatam Magistratus uti solent, ita ut nec libello, nec litis con-  
 testatione, nec aliis processibus solemnibus opus sit, cujusmodi effectum  
 ex consuetudine instrumenta garentigiata habere solent, *Bachov. d. §. fin. l. 1. D.*  
 Quamvis autem hæc via executiva ex communi ferè Dd, cõ-  
 fessu legatario denegetur, teste *Hænon, D. ad Inst. 10. §. 22. Rittersb. ad §. 2. J. d. leg. Hunn. ad Treutl. 2. D. 13. §. 7. l. c.* Contrarium tamen tanquam  
 æquitati & defuncti voluntati magis consentaneum amplectimur, non  
 obstante ratione à dissentientibus allegata, quod supradicta tres certæ &  
 ordinariæ actiones faciant cessare officium judicis sive remediũ extra-  
 ordinarium *l. in cause 16. pr. ff. de minor. l. 9. pr. ff. d. edendo.* hoc enim  
 tum demum obtinet, quando utrumq; beneficiũ tam ordinarium quã  
 extraordinarium tendit ad unum eundemq; finem, nec est magis agẽ-  
 ti consultum per unum quam per alterum remedium *d. l. in cause 16. se-  
 cus quando remedium extraordinarium pingvius providet, tunc enim  
 ita quis uti potest extraordinario, sicut ordinario remedio Coler. d. proe.  
 exec. p. 1. c. 5. n. 71. Carp. J. E. p. 3. c. 13. d. 35. n. 6.* Atqui longe consul-  
 tius esse legatario, executive agere prolegato consequendo, quã in  
 processu ordinario, nemo, spero, inficias ibit. Quidni ergo hoc ipsi  
 permissum assereremus cum *Sich. ad l. fin. C. d. edict. D. Hadr. toll. Mynf. cent.****



cent. 5. obs. 61. Heig p. 2. q. 7. n. 39. Berlich. p. 1. concl. 80. n. 10. Carpz. d. def. 35. ubi ita in causa Johannis Baums in Kobschütz / mens. Mart, a 6. 1633. pronunciatum tradit. Verb. Sent. Es were denn daß ihr zu Erlangung des legati executive auß dem Testament wider den Erben agiret / und also die Execution rechtmässiger Weise erhalten hättet / welches euch denn zu thun unbenommen gewesen / dessen gentsset ihr auff solchen Fall billich / *W. R. W. Diff. Menoch. d. adipisc. poss. remed. 44. n. 649. & alit. quam plurimi, quorum rationes in ipso conflictu dissolventur.*

SECTIO II X.

DE AFFINIBUS.

- \* 1. **L**egato Affinis est Donatio mortis causa, & Pactum successorium. \* Illa est liberalitas, quæ cogitatione vel consideratione mortis instatis vel futuræ fit, cum donans magis vult se habere rem donatam, quam eum cui donat, & magis eum cui donat, quam heredem suum. *S. 1. J. d. donat. l. 1. ff. d. donat. mort. caus. Germ. eine Verbergabe vffm Todesfall Schneidw. S. 1. J. d. donat. n. 1. Cl. mus Rennem. p. m. d. jur. rer. D. 46. 0. 1. l. d.* \* De qua cum ante dubitaretur, & alii quidem inter ultimas voluntates eam posuerint, legatisque vel aggreddam esse censuerint, alii autem inter donationes, quæ inter vivos consistunt, eam posuerint: explosa illa dubietate \* hodie donationes mortis causa ferè per omnia ultimis voluntatibus & legatis exæqvatae sunt *S. 1. J. d. donat. l. 15. & 17. ff. d. don. mort. caus.* Notanter adjicitur vocula *Fere* ut pateat, aliquam adhuc restare differentiam inter legata & donationes mortis causa: Scilicet 1. Legatum absenti & ignorantem relinqui potest: in Donatione verò mortis causa presentia tam donatarii quam donantis requiritur *l. 38. pr. ff. d. don. mort. causa.* 2. Legatum regulariter ab herede præstatur, prout patet ex definitione Legati: Sed res mortis causa donata, quandoq; ab ipso donatore, quandoq; ab herede vel alio quodam præstatur, secundum *gl. in S. 11. J. d. donat. & gl. in l. Marcellus 15. ff. d. don. mort. caus.* de quo supra Sect. 1. in fin. dictum fuit. 3. Donatio mortis causa ipso jure revocatur per reconvalescentiam donantis. *Schneidw. d. l. n. 21.* Secus est in legato, nisi de contraria testatoris voluntate expresse constet: quod enim non mutatur, quare stare prohibeatur? *text. in l. sancimus. 27. C. d. testam. Reliquas differentias vide apud Schneidw. d. l. n. 25.* \* Hoc, videlicet Pactum Successorium, est ultima quædam voluntas, qua duo pluresve in suorum alterutrius præ



præmorientis bonorum successionem consentiunt. *Pulc. Jurisp. Rom. l. 1. c. 76.* \* Quamvis autem hereditas regulariter pactis dari non possit *l. bere. d. 76.* \* 5. *C. d. pact. convent. l. 30 ff. C. d. pact. adeo*, ut ne jurata quidem valeant, neque statuto aut consuetudine firmari queant, ut notat Gail. 2. *obs. 126. n. 1.* quia de causa etiam hæc materia *articulus difficilis* nuncupatur à Gail. *d. l. n. 6.* Tamen valet ejusmodi pactum, si fuerit mutuuum & vicissitudinarium *Carpz. J. F. p. 2. c. 45 d. 14. n. 5.* Si inter duos vel plures conventum sit, quod alterutro sine liberis mortuo ad superstitem bona perveniant: tale enim pactum locum habere restatur Gail. *sæpe d. l. n. 2.* & hoc multo magis, si forsitan illi, qui ab intestato heredes futuri erant, quod ut plurimum fieri solet, paciscantur, teste *Pulc.* & quidem cum consensu ejus, de cujus hereditate agitur. *Carpz. d. l. n. 6.* \* Quale pactum cum legato in eo convenit, quia itidem non prius obtinet vel vires sortitur, nisi post mortem alterius, ut legatum post mortem legantis, & circa ultimam voluntatem conceptum est, successoribusque tribuit plenum jus in bonis prædecessoris, ac legatario in rebus sibi legatis \* Differt tamen ab eodem primario, quod non solum particularem, sed & universalem acquisitionem parere possit: legatum vero nunquam circa res universas, sed tantum singulares versetur, *argro pr. J. d. leg. item* illud requirit semper consensum & præsentiam utriusque paciscentis, hoc verò & absenti & ignorantibus cedit. *Illud* adeo firmum est ut revocari nequeat, ne ob ingratitudinem quidem, Gail. *d. l. n. 5.* Hoc verò quovis modo & quavis de causa adimi potest *l. 1. J. d. ademp. & trans. leg.* Plures differentia apud Autores materiam hanc satis accurate tractantes, deprehenduntur, ad quos, quia instituti nostri ratio aliud postulat, B. L. remittimus.

#### SECTIO IX.

#### DE CONTRARIIS.

Contraria legatis sunt modi quibus vel Adimuntur vel Minuuntur. \* *Adimuntur vel casu*, quando voluntas, quæ relicta sunt infirmatur, interitu sc. certæ speciei aut corporis alicujus, qui sine facto & ante moram heredis contigit §. 16. *J. d. leg. l. 47. §. ult. ff. d. leg. 1.* id quod adeo verum, ut nec æstimatio, cum non hæc sed res ipsa legata, nec reliquæ debeantur *d. l. 47. l. 49. ff. d. leg. 2. l. 88 ff. d. leg. 3.* item: uniones in aliud genus ornamenti conversi *l. 6. §. 1 ff. d. aur. & arg. leg.* item: si quis titulo lucrativo rem quandam nactus fuerit §. 6. *J. d. leg. area* tamen domus combustæ vindicari potest *l. 22. ff. d. leg. \* vel nuda voluntate* testatoris, non tantum expressa sed etiam tacita ac præsumpta, legis sc. *l. 6. ff. d. adim leg.* \* 1. \* 2.

V. C.



v. c. si forte inimicitia capitales inter testatorem & legatarium interces-  
 serint l. 3. §. fin. d. t. l. 9. ff. d. his quæ ut indign. auff. Secus si in amicitiam  
 \*3. redierint l. 4. ff. d. adim. leg. \* Quid si capitalium inimicitarum nec recon-  
 ciliatarum ipse testator, non vero legatarius auctor existisset, jurene adimi-  
 tur? Bart. in l. 16. §. Quoniam. 1. ff. d. his quæ ut indign. auff. adjicit ad d. l.  
 §. fin. d. t. §. l. 4. ff. d. adim. leg. hanc exceptionem: Nisi inimicitia absq[ue]  
 culpa legatarii exstiterint. Et subjicit: Nota hunc casum ad limitationem  
 l. 3. §. fin. d. adim. leg. ut, quod ibi dicitur, quod propter inimicitias revoce-  
 tur legatum, sit verum, si inimicitia intervenerint culpa legatarii secus si  
 sine culpa ut hic, quod tene menti. At hanc Bartoli distinctionem ex d. l.  
 16. §. 1. Quoniam sequi non posse Dd. communiter tradūt. Quamobrem  
 Jason quæstionem hanc Casum pro amico nominans, referente Birsch.  
 dec. cas. pro amic. spec. 2. contrarium statuit, rationibus tñ. ut videtur haud  
 prægantibus. Quicquid tandem sit, nos cum Dn. Birschio d. l. concludi-  
 mus, certi juris regulam esse: Ob supervenientes inter testatorem & lega-  
 tarium inimicitias capitales aut gravissimas, legatū intelligi ademptum,  
 \*4. nec inter esse, utrum testator an vero legatarius causam præbuerit \* Mi-  
 nuuntur lege Falcidia, quæ cautum est, ne ultra dodrantem legatis here-  
 ditatis oneretur, secus si fiat, ex hac lege, quantum ultra dodrantem lega-  
 tis tributum, tantum heres pro rata portionis cujusq[ue] legatorum decer-  
 pere possit, ut quadrans totius hereditatis qui inde dicitur Falcidia penes  
 \*5. heredem maneat illibatus pr. 7. ad l. Falcid. \* Cujus computatio secun-  
 dum quantitatem hereditatis quæ tempore mortis legatoris fuit, institui  
 \*6. debet §. Quantitas 7. ad l. Falcid. l. 15. §. 3. v. plane. l. 56. l. 73. ff. eod. \* Deduc-  
 tio tamen prius ære alieno l. 87. §. Si quis heredem. l. 39. ff. ad l. Falcid. l. 6. §.  
 8. C. cod. impensis funeris. l. 4. C. d. hered. pet. Salariis Medicorum & c.  
 Berlich. part. 1. concl. 64. n. 96. Carpz. 7. Fp. 1. c. 28. d. 43. n. 6. pretiis ser-  
 \*7. vorum manumissorum l. 36. 37. §. 39. ff. ad l. Falcid. \* Cessat autem Fal-  
 cidia, quando testator expresse (non tacite) prohibuit, ne ejus locus sit.  
 Nov. 1. c. 2. v. si verò. Auth. Sed cum testator C. ad l. Falcid. item: in lega-  
 to ad pias causas, si heres in solvendo niorem commiserit. Nov. 131. c. 12.  
 Auth. Similiter C. ad l. Falcid. l. 49. C. d. Episc. & Cler. Testamento mi-  
 litis intra annum missionis l. 7. C. ad l. Falcid. l. 17. §. fin. ff. d. test. mil. l. 12.  
 C. cod. Dote relegata l. 57. §. 81. §. dos. ff. ad l. Falcid. l. 2. v. hoc am-  
 plius ff. d. dos. praleg. Libertate l. 33. ff. ad l. Falcid.

HIC FINIO.

SOLI DEO GLORIA.



ULB Halle 3  
004 326 318



*f*

*sb.*

*WMA*











53  
RIDICA  
S

~~XX~~ 375

15

NUMINE  
su

orum ordinis  
prana

isimi

LERI JUR.

Præceptoris  
ia cultu

ONIT  
US Wildefeur

esp.

is

anno 1653.

Clavis. Dr. Sebastia

26

